

The Senate sent renowned legislator Servius Sulpicius on an embassy to Antony; Servius perished while performing this duty, and Cicero counts him a hero

reddite igitur, patres conscripti, ei uitam cui ademistis. uita enim mortuorum in memoria est posita uiuorum. perficite ut is quem uos inscii ad mortem misistis, immortalitatem habeat a uobis. cui si statuam in rostris decreto uestro statueritis, nulla eius legationem posteritatis obscurabit obliuio. nam reliqua Ser. Sulpici uita multis erit praeclarisque monumentis ad omnem memoriam commendata. semper illius grauitatem, constantiam, fidem, praestantem in re publica tuenda curam atque prudentiam omnium mortalium fama celebrabit. nec uero silebitur admirabilis quaedam et incredibilis ac paene diuina eius in legibus interpretandis, aequitate explicanda scientia. omnes ex omni aetate, qui in hac ciuitate intellegentiam iuris habuerunt, si unum in locum conferantur, cum Ser. Sulpicio non sint comparandi. nec enim ille magis iuris consultus quam iustitiae fuit.

CICERO *Philippics* 9.10

ad+emo = *adimo*: take away

perficite = *facite*

inscius: ignorant

cui (line 3), like all relatives, especially connecting relatives, can be unpacked as a conjunction + demonstrative, therefore ***cui si* = *et si ei***

statua = Engl. deriv.

statuo: tr. “decree”, “recommend”, vel sim.

si statueritis + *obscurabit*: what kind of conditional?

obliuio (3rd decl. fem.) = Engl. deriv.

legatio: embassy

posteritas, atis = Engl. deriv.

erit is half the verb form: what other word completes the compound?

monumentum = Engl. deriv.

praestans <*prae+sto*: tr. “outstanding”

tueor: sts syn. w/ *uideo* yet what does a *tu+tor* do?

nec..fuit: almost every word here = Engl. deriv.

si conferantur..comparandi sint: what kind of conditional?

magis: take with *quam*: the sense is *consultus magis iuris quam iustitiae*

consultus: learned, knowledgeable in (+ gen. here)